



AN. XXI · N. 125.

MM. JANUARIO et FEBRUARIO

AN. D. MCMLI

## SUMMARIUM

De «Silva Bohemica» cantilena,  
Novus annus ad altiora nos concitat,  
De ordinalium usu atque ratione apud Romanos,  
Commercium epistulare.  
Lucretiana, 1950,  
De quibusdam novis vocabulis in Latinum inducendis,  
Nova et Vetera,  
Per orbem,  
Bibliographia,  
Compositiones vertendae.

A. Avenarius, S. V. D.  
Josephus M. Mir, C. M. F.  
Leo M. Sansegundo, O. S. D.

Emil Orth  
Andreas Avenarius, S. V.D.  
Josephus M. Mir, C.'M. F.  
Raym. Sarmiento, C. M. F.  
Ramos, Sarmiento, Molina

## De «Silva Bohemica» cantilena

### quae multum in ore est Bavaris ex illa regione oriundis

In imis saltibus Silvae Bohemicae  
Fuit locus meis Cunis: haec patriast:  
Avulsus jam diu Illinc vivo procul,  
Sed saepe mens Illuc meat.

Silvam Bohemicam Dico cunabula  
Silvae saltus Bohemicae:  
Silvam Bohemicam Dico cunabula  
Et almam patriam.

Dulces infantiae Dies recurrite,  
Quibus parentium Curis felix eram,  
Circum lares patris E prato culmina  
Salutabam frequens Bohemica.

Silvam Bohemicam...

Semel mihi, Deus, Ostende patriam,  
Ostende montium Et vallium decus:  
Tum laetus omnia Pergam relinquere,  
Valere jussero Carissima.

Silvam Bohemicam...

Tief drin im Böhmerwald Da ist mein Heimatsort  
Es ist schon lange her, Dass ich von dort bin fort,  
Doch die Erinnerung Die bleibt mir stets gewiss,  
Dass ich den Böhmerwald Niemals vergiss.

Das war im Böhmerwald, Wo meine Wiege stand,  
Im schönen grünen Böhmerwald;  
Das war im Böhmerwald, Wo meine Wiege stand,  
Im schönen grünen Wald.

O holde Kindheitszeit, Kehr nich einmal zurück,  
Wo spielend ich genoss Das allerhöchste Glück;  
Da ich am Vaterhaus Auf bunter Wiese stand  
Und täglich schaute aus Ins Heimatland.

Das war...

Nur einmal noch, o Herr, Lass mich die Heimat sehn,  
Den grünen Böhmerwald, Die Täler und die Höhn!  
Dann kehr' ich froh zurück Und rufe freudig aus:  
Ade, mein Böhmerwald, Ich kehr nach Haus.

Das war...

• *Vertit: A. AVENARIUS, S. V. D.*

## Ordinarii et Superiorum licentia

# TEXTOS PALAESTRA

## Edición de texto y comentario escolar

Primer curso	<i>Jiménez,</i>	Latín 1.º (2.ª edición)	12 ptas.
	»	Historiae Sacrae Compendium (3.ª edic.)	5 »
Segundo curso	<i>Jiménez,</i>	Latín 2.º (2.ª edición) ( <i>en prensa</i> )	
	»	Repetitorium (Libro de prácticas)	15 »
	»	Epitome Historiae Graecae (4.ª edición)	6 »
Tercer curso	<i>Jiménez,</i>	Latín 3.º ( <i>en preparación</i> )	
	<i>Ramos,</i>	Corneli Nepotis Vitae	5 »
	<i>Mir,</i>	Ciceronis Epistulae Selectae	4 »
Cuarto curso	<i>Jiménez,</i>	Latín 4.º ( <i>en preparación</i> )	
	»	Caesaris de Bello Civili, 2.ª edic.	6 »
	»	Ciceronis pro Archia poëta	4 »
	»	Ciceronis in Catilinam	4 »
Quinto curso	<i>Jiménez,</i>	Latín 5.º ( <i>en preparación</i> )	
	<i>Martija,</i>	Vergili Aeneidos (libro 2.º)	6 »
	<i>Mesa,</i>	Sallusti de Conjuratione Catilinae	6 »
	<i>Mir,</i>	Nova et Vetera (método directo del latín)	20 »
	<i>Planque-Planas,</i>	Gramática Griega	36 »
Sexto y séptimo curso	<i>Jiménez,</i>	De Orthographia Latina	6 »
	<i>Martija,</i>	Prudenti Carmina Selecta (2.ª edición)	5 »
	<i>Sarmiento,</i>	Martialis Epigrammata	4 »
	<i>Mesa,</i>	Titi Livi Historiae Selectae	8 »
	<i>Zuluaga,</i>	Horati Carmina Selecta	6 »
	<i>Ruiz,</i>	Homeri Odyssea (Primer canto)	10 »
	<i>Ramos,</i>	Xenophontis Anabasis (Primer libro)	12 »

## Edición de sólo texto

Ciceronis Epistulae . . . : 2 ptas.
Ciceronis in Catalinam. . . 2 »
Ciceronis pro Archia. . . 2 »
C. Nepotis Vitae . . . 2 »
Sallusti de Catilinae Conjuratione 3 »
Titi Livi Historiae . . . 3 »
Vergili Aeneidos (lib. II) . . . 3 »
Horati Carmina . . . 3 »

# CLÁSICOS "LABOR"

Esta Colección constituye el guía obligado en la lectura y estudio de los grandes clásicos de la Antigüedad y de las Literaturas modernas. Cada volumen contiene un estudio magistral acerca de uno de los grandes autores y una selección de los textos más bellos y representativos de sus obras, facilitando con oportunos comentarios la perfecta asimilación de su contenido ideológico y su plena fruición estética.

Volúmenes de 250 a 300 páginas, tamaño manual (11,5 x 17,5), encuadrados a la holandesa, con sobrecubierta a dos tintas y un retrato del autor estudiado, impreso sobre papel couché.

## VOLÚMENES PUBLICADOS

1. HOMERO, por J. M. PABÓN, Catedrático de Lengua y Literatura griega en la Universidad Central. Ptas. 28 —
2. VIRGILIO, por J. de ECHAVE-SUSTAETA, Catedrático de Lengua y Literatura latina. Ptas. 32. —
4. BALTASAR GRACIAN, por J. GARCÍA LÓPEZ, Catedrático de Lengua y Literatura española. Ptas. 30. —
5. SÉNECA, por J. F. YELA, Catedrático de Filosofía en la Universidad Central. Ptas. 30. —
6. DEMÓSTENES, por M. FERNÁNDEZ GALIANO, Catedrático de Lengua y Literatura griega en la Universidad Central. Ptas. 32. —

NUEVOS TOMOS EN PRENSA Y EN PREPARACIÓN


**EDITORIAL LABOR, S. A.**

MADRID: Alcalá, 144

BARCELONA: Ronda Universidad, 23

# FOTOGRABADOS

# CLARA



IGUALADA, 6 (GRACIA) · · TELEFONO, 27·69·35

BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

# PALAEASTRA LATINA

---

## Novus annus ad altiora nos concitat

Societates, exeunte anno, rationes conferre solent ut data et accepta com-  
parent et inde suum deducant statum novaque consilia in posterum capiant.

Qui vero bonis litteris studiose operam dant —praecipue apud nostrates—  
si diligent conquisitione perspiciant quae pro favendis excolendisque litteris  
transacto anno peracta sunt, aliquam profecto percipient animi voluptatem.  
Nam alius conventus Salmanticae coadunatus est, quo egregii viri doctrina et  
eruditio praestantes convenerunt ut de variis disciplinis lectiones copiose  
ac luculenter alumni superioribus traderent, eisque ad classicorum scripto-  
rum studia cumulate prosequenda adderent animos.

Nova quoque commentaria edita sunt, quibus perspicuum est et ma-  
gistros doctrinae argumenta assidue investigare, comparare, aliisque tradere,  
et auditores ac lectores instituendi atque erudiendi desiderio vehementi fla-  
grare.

Habent igitur Praeceptores cathedram in ephemerede HELMANTICA, ex qua  
de rebus ac litteris Graecis, Latinis nostrisque doceant; habent pariter alumni  
exteri suum GYMNASIUM, ubi pari ratione gymnicas mentis exercitationes per-  
ficiant.

Apud omnes gentes ex Universitatibus, Academiis, coetibus institutis  
magna ephemeredum atque librorum copia excrescit; quibus PALAESTRA LATI-  
NA hisce pagellis amice ac reverenter sese ingerit.

Illud quoque memorandum exemplum et incitamentum amicorum qui-  
buscum pro classicis litteris nobis est adlaborandum: superiore aestate Lute-  
tiae Parisiorum eruditorum hominum coadunatus est congressus quo, omnes  
qui classicas et humanas —quas vocant— litteras tractant, sunt convocati.  
Nemo est profecto qui hujus clarorum virorum coetus —ex omnibus nationi-  
bus congregati— utilitatem atque maximum pro litteris erigendis atque perfici-  
endis emolumendum ignoret cum ex eo copiosi sint percepti atque exspec-  
tentur fructus.

At novus, qui subest annus, ad majora nos concitat atque altiora consi-  
lia significat...

Quo novo anno nascente, illud vetustate sacrum votum lectoribus et  
nos ominamur:

«annum novum faustum, felicem vobis».

Jos. M.<sup>a</sup> Mir, C. M. F.

## De ordinalium usu atque ratione apud Romanos

Duos abhinc annos prodiit in commentario «*Revista Española de Derecho Canónico*», Salmanticae (1), lucubratio in qua rectum ordinalium usum, quem apud aureos latinitatis auctores viguisse compertum est, scriptor tuebatur. Postea vero, ex litteris ei undique missis et ex familiari congressu cum amicis, satis mirari non potuimus, quaestionem illam, quam probandam auctor sibi proposuerat, fere omnibus Hispaniae scriptoribus, etiam lingua Latina appri-  
me excultis, esse prorsus ignotam.

Est autem quaestio: quo pacto quave ratione hispanice reddenda sit locutio illa *tertio quoque anno* quae, ut clarebit inferius, germano sensu Latino significat *cada dos años*, qua significatione usurpata est in praefata illa lucubratione. Qua tamen lecta, nonnulli in diversas abiere sententias. Immo, haud pauci ei plane adversati sunt, adeo ut contendenter huic locutioni sensum omnino subesse *cada tres años*. Quae interpretatio omnibus paene grammaticis inolevit. At perperam (2).

Quod ad me attinet, in hac scriptiuncula conficienda, non abutar otio, ut actum agam et in re omnibus persuasissima frusta labore. Itaque rem totam paucis perstringam.

In primis R. P. Joseph M. de Oleza, S. I., cui haec peculiaris tribuitur laus, primus ut omnium fuit, quod sciam, qui hanc rem satis bene apud nos trates elucidaverit, in sua disertissima Grammatica (3) nostram sententiam luculenter exponit. Cujus doctrina suffulti, liceat nobis aliqua strictim in medium afferre.

Principium ab initio statuendum: Romani, cum ordinales usurpabant, «terminum a quo» et «terminum ad quem» simul complectebantur. Itaque, si alicujus auctoris sententia, in qua numeri ordinales includantur, interpretanda est, si ea vertitur ope cardinalium, unam ex illis unitatem subducere necesse est. Ita, exempli causa, locutio *quarto quoque anno*, interpretanda nobis erit *cada tres años*.

Sic idem principium valet pro aetate computanda et pro calendario Romano. Namque *ago quintum et vicesimum annum, tengo 24 años (cumplidos: por eso estoy pasando el 25 de mi edad)*, et *tertio kalendas apriles, 30 de marzo*, id est, dies duo ante kal. apr. interpretamur. Porro, nulla adest ratio, cur principium illud sibi constare desinat, cum adjungitur adjективum *quisque*, respondens quaestioni *quam saepe?*

(1) *Revista Española de Derecho Canónico*, Salamanca, 1948, I, 257.

(2) Ut notiores tantum proferam, vide, sis. Miguel, Alvarez, Goñi, Echauri, Reixañ, Guillén, cet. Excipe tamen cl. V. Errandona, qui optime, «*quarto quoque anno*», «*por períodos de a tres años*» verit. «Gramática Latina», 8.<sup>a</sup> ed. Barcelona, 1939.

(3) «Gramática de la Lengua Latina», vol. II, p. 561, Barcelona, 1947.

Sed haec munienda sunt praesidio auctoritatis. Nam primum satis constat, Olympiadas post quaternum annorum circuitum locum habuisse. Quandoquidem Olympias est spatium quattuor annorum (4); quadriennio in una Olympiade supputato (5); nam expletis annis tribus, anno quarto veniente, celebrabatur festivitas in honorem Jovis Olympii, in qua omnia ludorum genera certaminumque exercebantur (6). Jam vero, Romani passim dicunt hujusmodi ludos *quinto quoque anno* celebrari; adeo ut Cicero eos appelleat «quinquennalis ludorum celebritas»: «Cum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum...» (*De Orat.* 3, 32). In quem locum apposite Daremberg-Saglio: «La solennité constituait comme nous l'avons vu, une fête pentaétérique, c'est-à-dire qu'elle se célébrait tous les quatre ans, ou, suivant la façon de calculer les anciens, chaque cinquième année, en comptant l'année initiale et l'année terminale, qui servait d'année initiale à la période suivante» (7). Sic ille. Nero insuper imperator, ludos more Graecorum instituit, quos Suetonius vocat «quinquennale certamen» (*Nero*, 12). Praeterea, apud Gellium legimus: «Sauromatas cibum capere semper diebus tertii, medio abstinere» (*Noct. Att.* 9, 4, ante medium). Quae quidem omnia rem acu tangunt, et omnne, ut sic dicam, ferunt punctum.

Sed alia est ratio quae nostrum placitum sine dubio adstruere videtur: est illa veterum consuetudo, quae ad nundinas spectat. *Nundinae*, sive mercatus, quibus Romam rustici proficiscebantur rebus domesticis provisuri, sic dicebantur, quia *nono quoque die* fiebant, ita tamen ut inter dies nundinales essent *septem* tantum intermedii. Quod apertissime confirmare videtur Terentius Varro (*R. R.* II, 1, *praef.*): «Nostri majores —*inquit*— annum ita diviserunt, ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis autem septem, ut rura colerent». De quibus scite, more suo, Daremberg-Saglio: «Elles (nundinae) marquaient la séparation des semaines, lesquelles, à la différence des nostres, étaient de huit jours et non de sept. De même que chez les modernes on compte pour huit jours une semaine de sept, de même chez les Romains on comptait pour neuf une semaine de huit» (8).

Quibus liquet duo ista argumenta, videlicet, Nundinarum et Olympiadum in unum illud principium, de quo supra, corrivare. Quid autem hinc eliciatur, perspicuum est et solis radio clarus. Ceterum, ne testium copia offendat caliginem, multa omitto, quae proferre possum.

Ex hoc usque dictis patet, ut opinor, nostra de numeralium usu atque ratione sententia. Quam quidem evincere animadvertisimus nostris hisce die-

(4) Ut ait Censorinus, *De Die Natali*, 18, 12.

(5) Isidor. 5, *Orig.* 37, 1.

(6) Poëtae tamen, qui liberiore licentia uti solent, Olympiadem pro lustro accipiunt; h. e., quinque annorum spatio; Conferas Ovib. 4, *Pont.* 6, 5.; Mart. 7, 4. cet.

(7) «Dict. des Antiquités grecques et romaines», vol. IV, 175, 2.

(8) Op. cit. vol. IV, ad «Nundinae». Vide etiam «A Companion to Latin Studies», Edited J. E. Sandys, 2.<sup>e</sup> ed. Cambridge, 1913, pag. 98.

bus, scripta virorum saltem doctorum, qui Tullianam illam puritatem in deliciis habuere. Ut multa paucis dicam, sequentia tantum proferam:

Praeprimis, minime praetereundum est certamen illud poëticum ab Academia Regia disciplinarum Nederlandica ex Legato Hoeufftiano, quotannis indictum, in cuius legibus haec primum offenditur: «Judicibus gratum erit, si poëtae, quemadmodum in editionibus antiquorum poëtarum fieri solet, sextum quemque versum numero insigniverint» (9). Ubi nemini non patet, judices hoc modo *cada quinto verso* dicere voluisse.

Huic etiam sensui adstipulatur clarus ille Goelzer, qui locum Ciceronis, «Sicilia quinto quoque anno censemur» (*Verr.* 2, 139), «tous les quatre ans» omnino vertit (10).

Ceteroquin, consuli possunt grammatici quamplurimi, quos inter praeclarus Kühner, omnium Germanorum vere antesignanus. Lege, quaeso, care lector, in sua Grammatica cedro digna: «Quinto quoque anno: *in jedem fünften Jahre, d. h. alle 4 Jahre*. Metellus tertio quoque verbo orationis suae me appellabat, Cic. *Fam.* 5, 2, 8: *bei jedem zweiten Worte; man rechnete nämlich, wenigstens in der besseren Zeit, den Endtermin mit, wie dies auch bei dem Monatsdatum geschah*» (11). Nihil clarius, nihilque apertius dici poterat. Ceterum, opus esset omnes Latinitatis professores nationum exterarum producere.

Sed jam sat superque mihi videor dixisse. Qui autem penitorem hujus rei notitiam sibi acquirere voluerit, adeat Dissertationes illas Inaugurales, quae ad doctoris lauream capessendam in Germania publice fiunt (*Programmabhandlungen*), quarum auctores ita in ejusmodi studia incubuerunt, ut totum negotium solvere, ac rem totam exhaustire facile dixeris. Praeterea hanc Germanis, scriptoribus laus decernenda est, primos inter omnes fuisse qui hanc Grammatices quaestionem ad unguem illustrarint (12).

Verum enim vero, Forcellini in suo Lexico totius Latinitatis, *Tertio quoque die*, interpretatus est *cada tres días*. At prae oculis habendum est virum praeclarissimum, de Latinis litteris optime meritum, recentissima quaeque in linguisticae campo inventa, nullo pacto noscere potuisse. Tamen, in nova editione anni 1940 (13), argumentum de ordinalium usu apud veteres, omnino emendata atque retractata se habet, ita ut ea quae hac de re in nostram sententiam rettulimus, quam maxime ex predicta editione hauserimus.

Item, non est infitiandum, P. Llobera, S. I., in *Grammatica Classicae Latini*.

(9) Vide «Alma Roma», *Latinitatis Praeconium singulis mensibus editum*, Ann. VI, Fasc. VI, pag. 94, in articulo «Ex Batavia», ubi haec invenies.

(10) «Nouveau Dictionnaire Latin-Français, redigé d'après les meilleurs travaux de lexicographie latine», Paris, 1939. Sub v. «quisque».

(11) «Ausführliche Grammatik der Lateinischen Sprache», von Dr. Raphael Kühner. Hannover, 1912, vol. II, p. 646, d).

(12) Scimus in Germania produisse Dissertationem Inauguralem quae ad nostrum argumentum spectat. In Biblioteca Montiserrati quamplurimae istiusmodi Dissertationes exstant; illa autem, ob vicissitudines belli ad nos usque nondum pervenit.

(13) FORCELLINI, «Lexicon Totius Latinitatis», Patavii, 1940, vol. IV, 708, sub v. *tertius*.

*nitatis, tertius quisque, hispanice reddidisse cada tercio.* Nihilominus compertum habemus, auctorem in exemplari quod sibi in usum destinarat, inscriptum emendatumque illum locum habuisse, in alteram editionem, quam sibi in animo erat rursus excudere.

Quae cum ita sint, finem scribendi faciam, licet multo plura dicenda forent. Quid ergo?

Haec sententia, quam summo tantum digito in hoc scripto tetigimus, apud omnes sermonis Latini cultores, tanquam certa et omnino inconcussa, novissimis saltem hisce temporibus, semper est habita; quippe quae nulla de causa apud aureos Latinitatis scriptores sibi constare desiit, nec ullo unquam tempore exceptionem aliquam sibi adscivit. Ast si quis fortasse obiciat quod non semper apud eos usu venerit haec loquendi ratio, assertum, ut par est, probare tenebitur, secundum illud: «Affirmanti exceptionem incumbit probandi onus». Quod si aliquem, inquam, locum quis alicunde protulerit, in quo contrarium auctores dicere videantur, libenti animo, pro virili parte, in eum incumbemus, atque intima perscrutabimus. Verum tamen, prout nunc se res habet, locum ejusmodi nemo patefecit, ideoque nos prorsus quidem ignoramus.

LEO M. SANSEGUNDO, O. S. B.

Kal. Octobr. a. D. MCML.

*Monachus Montisserrati*

## Commercium epistulare

*Leo M. Sansegundo, O. S. B., Josepho M. Mir, amplmo.*

*PALAESTRÆ LATINÆ Moderatori, S.*

S. V. G. V. — Ecclesiae linguae amore captus, PALAESTRAM LATINAM inde jam ab initio, cum Jovaeus clmus. (quem licet mihi quidem ignotus, mente tamen novi dilexique) in lucem ederet, studio semper sum prosecutus. Commentarius enim vester, inter pares sane praestantissimus, quique nobis semper in deliciis fuit, antiquam Romanorum linguam nobis adfert degustandam. Vestram insuper in eo confiendo miror sollertia, dexteritatem, constantiam. Quare est unde tibi tuisque in labore sociis indefessis ex animo gratiam habeam, precerque ut caelites pro vestro labore, «pro talibus ausis, persolvant grates dignas et praemia reddant debita». Nunc vero, ut non solum honestare verbo, sed re etiam opus vestrum obsecundare videar, licet viribus impar, aliquid tamen otii nactus, hanc scriptiunculam. quae, ut opinor. puerorum saltem intererit, mihi facere datum est. Quam si dignam existimaveris quae in tua PALAESTRA prodierit, jucundum scito mihi fuisse. Vale plurimum nostrique memento.

Dabam Montisserrati, Kal. Oct. MCMXL.

*Josephus M.<sup>a</sup> Mir, C. M. F., Rdo. Dmno. Leoni M. Sansegundo, O. S. B., s. p.*

Quas ad me conscripsisti litteras singulari quodam animi gaudio affectus perlegi, cum vos non tantum sollicitos Matris De in Monte Serrato custodes noveram, sed et eximios litterarum cultores atque fautores; perceperam enim Salmanticae a socio et fratre vestro quo et quanto studio litteras Graecas et Latinas impense colatis atque pertractetis. Quod quidem nobis et solacio et gaudio est praecipuo.

Quaestionem, quam disputandam attigisti, optime es assecutus, tibique plane est assentendum. Attamen, illud quidem investigari oportebat utrum praecipui illi viri, in litteris Latinis apprime versati (ut Gaffiot, Quicherat, et alii quam plurimi apud nostros), vere erraverint an ab alio computandi modo illa —quam falsam aestimamus— interpretatio enascatur. Quidam profecto ex nostris grammaticis locutionem illam penitus perspexisse minime videntur.

PALAESTRAM nostram elucubratione tua ornari maxime gaudemus; alias quoque vehementer exspectamus. Plurimum in Domino omnes valete.

Barbastro, VI idus novembres.

Haec tibi scripseram...; sed ex his quae cl. vir Leo Halkin in ephemeride *Les Etudes classiques*, 1932, 2 et 1948, 4 (Cfr. etiam *Revue des Etudes latines*, 1949, p. 60) dilucide disputavit id quidem exploratum est atque perspectum in numeris ordinalibus computandis Romanos unum super addere numerum; in errorem igitur clarissimi illi atque ceterum probatissimi viri incidere videntur. Multa igitur vetera et recentiora documenta atque supputandi rationes denuo erunt recognoscendae et forte retractandae.

Neque tamen omnes grammaticos apud nostrates erraverunt, uti opera Laín, Bosch Sansó, Leal, cet., aperte probant, quanquam plures de quaestione silent aut aliter vertunt. Aliqua tamen erroris ratio forsitan inveniatur in versione Itala et Gallica, ubi, ut exemplum afferam, Zenoni (1) *quarto quoque anno* vertit *ogni tre anni compiuti*; lett. *in ogni quarto anno*; et Meunier (2) *die quinto te visam: dans quatre jours...* (p. 219); at *quinto quoque anno: tous les cinq ans* (*m. a m. chaque cinquième année* (p. 85)); quibus quodam modo consonare videtur P. Oleza, S. J.: «*octavo quoque die = cada ocho días = cada semana exacta = cada siete días exactos; nono quoque die = cada ocho días = cada grupo de 7 + 1 días = cada semana y un día*».

Ceterum eadem in lexicis interpretandi varietas: Gaffiot, Quicherat, Freund (in versione Gallica) *tertio quoque anno*, Gallice reddunt *tous les trois jours*; ita etiam Miguel, Blánquez, cet.; «*Spes*», in 3.<sup>a</sup> edit., recte interpretatur.

Neque tamen quid mirum si homines nostra aetate erraverunt, cum neque pontifices quondam verba Caesaris recte intellexerunt cum *quarto quoque anno* diem intercalari jussit; quam locutionem ut erroris praecideret causam in *quinto quoque anno incipienti* Augustus mutavit. (3) Multa omitto. Iterum vale. X Kal. januarias.

(1) *La Sintassi. lat.*, ed. 19.<sup>a</sup>, § 29.

(2) *Grammaire lat.*, ed. Magnard, 1950, p. 81, 219.

(3) Cfr. MACROBIUS SATURN., I, 14, 13-15; CENSORINUS, 20, 10; D. REMBERG SAGLIO, sub v. *Calendarium*, p. 833.

# Lucretiana 1950

538 *calli munitur eburno*; «callis» est etiam masculini generis et significat hoc loco «fines».

594 *tum propter*; «propter» est adverbium locale absolute adhibitum; E - M 815.

618 *tympana*; cf. EUSTATHIUS THESSALONICENSES: *commentarius in hymnum pentecostalem S. Joannis Damasceni*, ed. A. Mai. *Spicilegium Romanum V* (Romae 1841) 314 τύμπανα, βάρβιτα, κύμβαλα.

625 *multa*; pertinet ad «munificat» = multa munifica facit.

670 *prorsus distantia longe*.

673 *si nihil est praeter, tamen*; «praeter» est adverbium absolutum sicut «propter»; St - Sch. 516 - 517.

675 *ac laete differre favillam*; «laete» = abundanter. cf. VERGILII, *Georgica* 1. 1; 3. 310; 2. 520.

749 *mutatur en omnis*; «en» = vetusta forma praepositionis «in».

767 *candentis marmore*; «marmore» = vetus forma genitivi singularis. *candent in* (codicis Quadrati) = *candentis* = genitivus qualitatis.

820 *cor ea*; «cor» = quor = cur; K 1.31.

828 *ecvanescere*.

891 illud in his igitur *fidos* meminisse decebit; «fidos» = πιστούς et γνησίους = fideles et genuinos asseclas Epicuri; potius scribendum: *feidus* (-us = ους).

893 *ectemplo*.

918 adque animalibus ac mortalibus una eademque?

919 *accoetu concilioque*; «accoetus» similiter formatur atque «adaugmen».

1030 *principium*: *pr...* = *principiorum*.

1049 ex utroque super subterque per omne.

1071 *ecnumerare*; ec - K 1.930.

1081 *invenis seic*; «invénis» est conjunctivus perfecti, modus potentialis; St - Sch. 343; cfr. *faxim, faxis*; K 1.793.

1084 fatendom est.

1089 genus omne quod his generatim rebus abundant: *omne* = hypallage adjectivi = *omnium*; *quod* = vetus scriptio pro «quot» = *omnium (hominem) quot*.

1114 *umor ab umored*: -d erat littera finalis in prisco ablativo; K 1.285.

1137 *largus* = accusativus pluralis (cf. χαλών) K 1.438.

1160 *quai nunc*; *quai* = *quae* neutr. plur. prisca forma pronominis relativi; K 1.81.

1163 *labores*; pluralis flagitatur propter multiformes agriculturarum operas.

1169 *temporis numen*; codices scribunt «nomen» id est: *noumen* = *numen* deitas; *tempus* = γρόνος, ut deus est Κρόνος.

## LIBER TERTIUS

47 ...omnia laudis 47 jactari in causam; Th. l. l. causa p. 670.68 in causam.

82 ad «timorem», cf. CAESAR, *de bello Gallico* VII 26. 4 «plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit». Caesar et Lucretius aequales eadem Stoicorum doctrina usi de timore inter se consentiunt.

84 *evertere suaded*; «suad» = vetusta forma feminina ablativi pronominis «sua», quae forma «sic» significat (sc. ratione). Festus commemorat hanc voculam oriundam ex priscis libris auguralibus; K 583; St - Sch. 274.284; E - M 991. «suaded» est forma plenior re metrica postulata.

106 *aegrit*; cf. 3.824 *aegrit*; *aegrum* 106 in codice Oct. Q. olim fuit *aegrū* = *aegrit*.

218 ubi ec toto.

303 nec minus = *non*; St - Sch. 643.

401 *gelidans artus*; «gelido» = verbum a poëta fictum = *gelefacere*.

403 *est artum caesis lacer undique membris truncus*; «artum» = genitivus pluralis «artuum» = K 1.459, 20; genitivus inopiae dependet ab adjective; «lacer», sicut «cassus, orbis, privus, viduus» cum genitivo conjunguntur.

475 *et pariter mentam saccare in corpus inane*; cf. Quintus Serenus Samonicus 568, secundum quem «menta» ex Democrito sumpta est; ad «pariter» cf. 3.920.

498 *munita viatim*; cf. *paulatim* 3.526; *membratim* 3.527; *tractim* 3.530; *viam*, cf. DIOMEDES p. 4, 1 Keil.

553 *in parvo lincuntur tempore labi*; «labi» a nomine «labes» (gal. *destruction*).

566 *quia apor venas*; «apor» = apud = *dans*; K 1.926; St - Schm. 128; E - M 63.

574 *en se animam*; *en* = in; K 1.928, 15.

594 anima ac toto solvi de corpore sensim.

613 *non tam sem moriens*; «sem» = se, abbreviatio formae «semet»; St - Sch 284 *sumpse* = eum ipsum, *sepse* = CICERO *de republ.* III, 12.

633 *haud iterum per se possunt sentire*; «iterum» adversative hoc loco usurpatum; St - Sch. 668.

658 *serpentis cauda et procero corpore*.

705 ...*quamvis est integra repens*.

706 *corpus eum, tamen; eum* = eorum K 1.592; *eorum* = corpus membrorum et artuum (703).

736 *at qui possint*; qui (vel potius et rectius prisce: *quei*) = quemadmodum; St - Sch. 289.

738 *nec tamen est, qui tum perfectis insinuentur*; «qui» = quomodo; K II 2, p. 210. 232; St - Sch. 787.

EMIL ORTH

# De quibusdam novis vocabulis in Latinum inducendis

(cfr. fasc. 124, p. 203)

## «Vox idealis»

Sed redeamus ad vocabula quae in superiore prius, deinde in hac 29 Novembris diei litteris sunt disputata. «Nomen adjectivum quod est *idealis* respuitur ab illis». Qui me potuit latere, quibus aliis vocabulis illa «idea» sit redditia. Age, age, Menge noster cum GÜTHLING, huc ades! Quam rem Germani «ideal» cognominamus, quam vobis auctoribus Latine loquentes dicamus? «Optimam», inquiunt, «summam», «perfectissimam», «omnibus numeris absolutam», «qua nihil praestantius, pulchrius, perfectius cogitari vel animo fingi possit». Addimus, inquiunt, «eine ideale Schönheit (idealem sc. pulchritudinem) esse «imaginem pulchri», «perfectam pulchri speciem», *idealem* voluptatem esse «voluptatem quanta percipi possit maxima». Habeo vobis gratiam, viri in re Latina principes. Haec omnia amplector, Joseph, his omnibus suis locis cum gaudio utar, in scribendo praesertim, et cum scripto opus erit notae elegantioris. Sed oro te, haec omnia si nos cumulamus illa voce, quae ab *idea* producta ab omnibus hoc cultu humano imbutis gentibus recepta et frequentata est, si cum modestia rem illam vel hominem illum *idealem* affirmamus esse, hoc est *ideae* et illi perfectae imagini hominis, quae mentibus impressa est nostris, simillimum: num conclamanda ruinae sunt linguae Latinae? Fac te mihi narrantem sacerdotem te novisse, hominem perfectum, perfectissimum, omnibus virtutis generibus ornatissimum, praestantissimum, te illo praestantorem non vidisse, nam «summum» sacerdotem vix dixeris hoc loco, esse sacerdotem in quo summa sint omnia; si tum ego cum voluptate recordatus hunc flosculum me jam legisse in oratione de imperio Cn. Pompei imperatoris, in quo summa erant omnia, complevero laudes tuas sic ut dicam «intelligere me illum sacerdotem plane *idealem* fuisse», nonne ipse fateris hac una voce recentiore multo clarius praestantiam illius sacerdotis mentibus apponi nostris, quam illis veteribus circumlocutionibus universis, et eo fere modo. quo sublustris camera antiquis illuminata luminibus, effervescente electrico filo ampullae clarescit? Illa igitur vox quae ab *idea* non male tracta est *idealis*, facillimum habuit aditum in cultiorum gentium vocabularia et ora: tantum ad fines Latii, ab illis, qui ne sunt quidem Latini, jubetur consistere, nullam aliam ob causam, quam quod nata post codicem Justinianum sit, et satis nos ineptiamus, ut malimus circumloqui, quam clare, quod statim omnes intelligent, proloqui.

## «De egoismo»

sic habe: non me terrent tot vocabula hodie in *-ismus* vel *-mus* Graecam terminationem, exeuntia. Cornificius et Quintilianus «barbarismos» noverant.

Arridet mihi etiam illa vocis claritas, quam ei tribuit usus communis populo-  
rum occidentalium. Quam vero clare loquimur cum ejusmodi homines *egois-  
tas* nominamus, vel eis, quod proprio omnia metiantur commodo probro da-  
mus quod *egoistice* tractent omnia. Sed illud displicet, quod in *egoismo* contra  
Latini sermonis naturam «*ego*» privatur declinatione et numero. Nam faciendus  
esset etiam *tuismus* et *vestrismus* et *suismus*. Quapropter hanc vocem quae est  
«*egoismus*» et quae inde nascuntur vocabula, reservemus pedestri sermoni et  
vulgari, ubi elegantius loquendum atque scribendum est, «nimium studium  
proprii commodi», dicamus, eumque, in quo id studium insit, «qui nimium  
sit propriae utilitatis cupidus», «diligentius uniceque attentus sui commodi»  
videatur esse et «suam fere tueri, perseQUI, consecTARI utilitatem, eum «vena-  
torem» dicamus suae utilitatis» vel illud, quod nobis etiam altius cogitantibus  
occurrerit melius.

### Detentionis castra

Quem Baccius, cuius nuperrime emi volumina, «publicae custodiae lo-  
cum», ego malo *detentionis castra* vocare, quia aliquid violentum in detentione  
est et satis superque compertum est et comperitur ista castra violentas custo-  
dias esse et «*crudeles coercitiones*». Sed vide, quod non semel dicendum est:  
Lingua Latina non ea est, cuius vocabula totidem vocabulis hodiernarum lin-  
guarum respondeant. In sermonis contextu saepe etiam levissima minusque  
propria significatio rei illius satis perspicuam affert notionem. Postulare autem  
verbum pro verbo non raro perquam erit difficile. Illa certe eligi vox debet, in  
qua major vis sit ad significandum, postea etiam ea, quae non adeo proprie-  
rem describant, libere exhibebuntur. Sic illa *castra «coartationis»*, etiam *conglo-  
bationes* et *congregationes* recte appelles. «Castra concentrationis» libenter dicam,  
quod omnes statim intellegant.

### «De debombando»

vel *combombando* vel *ebombando*, de *America Sud*, de *responsabilitate*, de *tele-  
phonando* et *telegraphando* tam diu est a me cogitatum, ut nova cogitatione alia  
non sim pariturus. *Bombus*, notus, ex Graeco, Lucretio et Catullo, onomato-  
poëticum nomen est. Illa igitur stridentia pyrobola nostri majores volebant  
«*bombas*» esse. Qui *bombas* jaciunt, eo facilius *bombare* dico, quod video Grae-  
cos jam diu ex suo *bombo*, *bombein* fecisse. Nos igitur bona *venia* antiquorum  
et majorum nostrorum administrationem usumque *bombarum* ex *bombando bom-  
bationem* duximus, et qui *bombant* *bombatores* sunt. Multae hodie in Germania  
urbes obstinatione ducum *combombatae* vel *ebombatae* jacent. Hae autem vo-  
cum derivationes non esse potest dubium, quin antiquis Latii incolis proba-  
rentur omnia. (*separ*)

ANDREAS AVENARIUS, S. V. D.

Romae.

# Nova et Vetera

## De culina Romana


Ti. Flavius «Romanus» convivium paravit, idque lautum. Ius domus per ampla est; juxta atrium est culina. «Adspice — et tu — inter ignes cocos concursantes» et cenam sedulo parantes, ex quibus bajulus<sup>1</sup> situlam<sup>2</sup> aquae umeris bajulat et puto haustae; dulciarius<sup>3</sup> massam farinae subigere<sup>4</sup> videtur ad placentas<sup>5</sup>, liba<sup>6</sup>, crustula<sup>7</sup> conficienda; in patella<sup>8</sup> sunt ova agitata<sup>9</sup> et in ampulla mel aut lac, quibus dulcia<sup>10</sup> palato exquisitissima fient; dulciarius massam subactam in partes decerpit easque pala<sup>11</sup> in furnum immittet ut calore concoquantur.



ad parietem applicat; cum vero oleum ferreat, carnem bubulam, vitulinam, porcīnam ingeret.

Interea alii servi pavonem, gallinam, pullum gallinaceum<sup>15</sup>, phasianum<sup>16</sup>, perdices, turdos<sup>17</sup> pennis spoliant<sup>18</sup> et varia piscium genera desquāmant<sup>19</sup> et extēterant<sup>20</sup>; succidia<sup>21</sup>, farcimina<sup>22</sup>, botellos<sup>23</sup>, pernam<sup>24</sup>, assum vitulinum et agnīnum appārant, neque salsamenta<sup>26</sup>, garum<sup>27</sup>, liquamen<sup>28</sup>, allec<sup>29</sup>, muria<sup>30</sup> omittent, quibus Romae adeo convivae delectantur.

Ad aliud foculum olera in cacabo<sup>41</sup> ebulliunt et elixantur; focarius<sup>42</sup> curat ne aqua supra labrum ebulliat et circumfundatur; si nimis spumat, operculum<sup>43</sup> paululum aufert. Cellarius<sup>44</sup> in cellam de-



scendet ut fructus reconditos proferat; promus <sup>45</sup> vero vinum merum <sup>46</sup>, passum <sup>47</sup>, mulsum <sup>48</sup>, Vaticanum, Massicum, Falernum — centum forte annorum — ex amphoris extrahet, quae in crateris <sup>49</sup> aqua immisceantur. Cum Flavius nobilissimus apud Romanos sit vir multos habet convivas, quibus ut ordine, elegantia, arte deserviant plures opus sunt ministriores, inter quos recensentur: archimagirus <sup>50</sup> seu coquorum magister et culinae praeses, triclinarius <sup>51</sup> qui in triclinio inservit, struetor <sup>52</sup> qui fercula apte disponit et mensam exstruit; scissor seu carpitor <sup>53</sup> qui carpit et distribuit cibos, analicta <sup>54</sup> qui cenae purgamenta et reliquias colligit, scoparius <sup>55</sup> qui scopis everrit, pocillator <sup>56</sup>, puer a cyatho, pincerna sunt vini ministri; dulciarius et libarius <sup>57</sup>, qui dulcia, placentas, artolagānos <sup>58</sup> ceteras. que cupedias <sup>59</sup> conficiunt.

Varia sunt utensilia et vasa coquinaria <sup>60</sup> quibus cocci utuntur: craticula <sup>61</sup>, ahenum <sup>62</sup>, cacabūs <sup>63</sup>, cortīna <sup>64</sup>, olla <sup>65</sup>, lebes <sup>66</sup>, lances <sup>67</sup>, patīnae <sup>68</sup>, patellae, pila <sup>69</sup> seu mortarium, pistillum <sup>70</sup>, pala, batillum <sup>71</sup>, cultri <sup>72</sup>, cultelli, forceps <sup>73</sup>, forficulae <sup>74</sup>, libra <sup>75</sup>, veru <sup>76</sup>, cribum <sup>77</sup>, muscarium <sup>78</sup>, carnarium <sup>79</sup>, panarium <sup>80</sup>, infundibulum <sup>81</sup>; quae alia sunt fistilia <sup>82</sup>, alia sigillata <sup>83</sup>, Saguntina <sup>84</sup>, murrīna <sup>85</sup>, aēnea, argentea, aurea, cet.


In atrio vel in culina est armarium — in loculos distinctum —, ubi vasa coquinaria et pocula reconduntur; in superiore loculamento forte sunt capis <sup>86</sup>, aut cyāthus, patella, calix <sup>87</sup>, et in inferiore crater <sup>88</sup>, lagoena <sup>89</sup>, guttus <sup>90</sup>, (diota) <sup>91</sup>, quibus facile addes patera, patina, circulus <sup>92</sup>, lanx, sinum <sup>93</sup>, cet.; pro armario vero subinde elegans prostat abacus <sup>94</sup>, ubi vasa eleganter collocantur.

Varia sunt mensarum genera quae in culina et in triclinio adhibentur, inter quas monopodium <sup>95</sup>, cartibulum, delphica <sup>96</sup>, abacus, trapezophorum <sup>97</sup>, cet.; en tibi mensam, tapete <sup>98</sup> coopertam, cui vas murrinum — ut videtur — impositum est; juxta est sedile <sup>99</sup> seu sella.

## VOCABULARIUM

- <sup>1</sup> bajulus, i, m., *transportador, cargador*
- <sup>2</sup> situla, ae, f., *cubo, pozal*
- <sup>3</sup> dulciarius, ii, f., *confitero*
- <sup>4</sup> subigere massam, *amasar*
- <sup>5</sup> placenta, ae, f., *torta*
- <sup>6</sup> libum, i, n., *pastel*

- <sup>7</sup> crustulum, i, n., *pastelillo, rosquilla*
- <sup>8</sup> patella, ae, f., *tartera, tortera, taza*
- <sup>9</sup> ova agitata, *huevos batidos*
- <sup>10</sup> dulcia, orum, n. pl., *golosinas*
- <sup>11</sup> pala, ae, f., *pala*
- <sup>12</sup> coctor, oris, m., *cocinero*



- 13 *cremia*, orum, n. pl., *virutas*  
 14 *assula*, ae, f., *astilla*  
 15 *sarmentum*, i, n., *sarmiento*  
 16 *ramentum*, i, n., *viruta*, *desperdicio*  
 17 *intermōrior*, *extinguirse*  
 18 *sufflare buccis*, *soplar*  
 19 *flabellum*, i, n., *soplillo*  
 20 *follis*, is, m., *fuelle*  
 21 *sartāgo*, inis, f., *sartén*  
 22 *sustentaculum*, i, n., *soporte*  
 23 *tripus*, odis, m., *trípode*, *trébede*  
 24 *uncinūs*, i, m., *gancho*  
 25 *pullus gallinaceus*,   
 26 *phasianus*, i, m., [·na avis], *faisán*  
 27 *turdus*, i, n., *tordo*  
 28 *pennis spoliare*, *desplumar*  
 29 *desquamare*, *escamar*, *quitar la escama*  
 30 *exenterare*, *desentrañar*  
 31 *succidia*, ae, f., *cuarto de cerdo*, [jamón-tocino]  
 32 *farcimen*, inis, n., *embutido*  
 33 *botellus*, i, m., *longaniza*, *salchicha*  
 34 *perna*, ae, f., *jamón*  
 35 *assum*, i, caro assa, *asado*  
 36 *salsamentum*, i, n., *pescado salado*  
 37 *garum*, i, n., *garo*, *condimento a base de entrañas de peces*  
 38 *liquāmen*, inis, n., *salsa del garo*  
 39 *allec*, ēcis, n., *residuo del garo*, *especie de garo*  
 40 *muria*, ae, f., *salmuera*  
 41 - 63 *cacābus*, i, m., *cacerola para cocer carne, legumbres*  
     elixare, *cocer*  
 42 *focarius*, ii, m., *cocinero* [encargado del fogón]  
 43 *operculum*, i, n., *tapadera*  
 44 *cellarius*, ii, m., *cocinero jefe*, *mayordomo*  
 45 *promus*, i, n., *despensero*  
 46 *merum*, i, n., *vino puro*  
 47 *vinum passum*, *vino de pasas*  
 48 *mulsum* i, n., *vino melar*, *aguamiel*, *mulso*  
 49 *cratēra*, ae, f., *crátera*  
 50 *archimāritus*, i, m., *cocinero jefe*, *maestro de cocina*  
 51 *tricliniarius*, ii, m., *mozo (de comedor) camarero*  
 52 *structor*, oris, m., *aderezador (de platos)*  
 53 *carptor*, oris, m., *trinchante*  
 54 *analecta*, ae, m., *siervo que recoge los residuos*  
 55 *scoparius*, ii, m., *barrendero*  
 56 *pocillator*, puer a *cyatho*, *pincerna*, *escanciadur*, *copero*  
 57 *libarius*, ii, m., *pastelero*  
 58 *artolagānus*, i, m., *bollo (pan especial)*  
 59 *cupedia*, ae, f., *golosina*  
 60 *vasa coquinaria*, *batería de cocina*  
 61 *craticula*, ae, f., *parrillas*  
 62 *ahenum*, i, n., *caldero*  
 64 *cortina*, ae, f., *marmita*, *caldera*  
 65 *olla*, ae, f., *olla*  
 66 *lebes*, ētis, m., *caldera*  
 67 *lanx*, cis, f., *plato fuente*, *fuente*  
 68 *patina*, ae, f., *tartera*, *tazón*  
 69 *pila*, *mortarium*, n., *mortero*  
 70 *pistillum*, i, n., *mano de almirez*  
 71 *batillum*, i, n., *badila*, *pala*  
 72 *culte*, ri, m., *cuchillo*  
 73 *forceps*, ipis, *tenacillas*  
 74 *forficula*, ae, f., *tijeras*  
 75 *libra*, ae, f., *balanza*  
 76 *veru*, us, n., *asador*  
 77 *cribum*, i, n., *criba*, *cedazo*, *tamiz*  
 78 *muscarium*, ii, n., *espantamoscas*  
 79 *carnarium*, ii, n., *despensa para carne o gancho para colgarla*  
 80 *panarium*, ii, n., *cesta de pan*  
 81 *infundibulum*, i, n., *embudo*  
 82 - 84 *vasa fictilia*, *Saguntina*, *objetos de barro*  
 83 *vasa sigillata*, *vajilla con relieves*  
 85 *vasa murrina*, *vajilla murrina*  
 86 *capis*, is, m., *vaso con asa*  
     *cyathus*, i, m.; *ciato*, *vaso*  
 87 *calix*, icis, m., *copa*, *cáliz*  
 88 *crater*, eris, m., *crátera*  
 89 *lagoena*, ae, f., *botella*  
 90 *guttus*, i, m., *frasco*, *redoma*  
 91 *diota*, ae, f., *vaso con dos asas*  
 92 *circulus*, i, m., *plato redondo*  
 93 *sinum*, i, n., *tarro*, *jarro*  
 94 *abacus*, i, m., *aparador*  
 95 *monopodium*, ii, n., *velador*  
 96 *delphica*, ae, f., *mesa trípode*  
 97 *trapezophorum*, i, n., *trapezóforo*, *soporte precioso de una mesa*  
 98 *tapete*, is, n., *tapete*  
 99 *sedile*, is, n., *taburete*

Jos. M. \* MIR, C. M. F.

# PER ORBEM

## Classicarum litterarum tertium curriculum Salmanticae habitum

Sicut mos ante duos jam annos invaluit feriarum tempore aestivarum, Salmanticae, in civitate nobilissima, a die 5 ad 25 mensis augsti Professorum alumnorumque congressus ad litteras Latinas fovendas et studium pro-pulsandum, habitus est.

Aderant ex omni Hispaniarum dictione quam plurimi Professores, praeterea ex dissitae quoque Americae Libanique regionibus plus centum auditoribus. Curriculum initum est praeside Universitatis Pontificiae Cancellario Excmo. Domino Dre. Barbado Viejo, qui salutationis verba habuit erga audientes admirationis et grati animi plena quod plures quam superiore anno convenerant, magnoque cum animi jubilo conspicabatur numerabatque spectantes.

Refert se memorem omnium esse qui tanto operi obsecundant et vires et sapientiam conferunt; lectissimos fructus perceptos et certissime in posterum obuenturos commemorat: ipsius Consociationis pleniorum concursum et frequentiam, Facultatis Classicae —liberali Status consulto— incepit, «Helmanticam» innuebat omnium favore editam. Quibus maiorem in dies auspiciatur ad litteras renascentes proventum atque successus.

Continuo Facultatis decanus, Dnus. J. Guillén, orationem habuit auguralem, qua luculentis eisque praeclaris argumentis Latini sermonis in scholis et utilitatem et usum, contrarium sentientium placita proterens, pervicit multorumque auctoritate et exemplo rem aper-tam confirmavit.

Insequentibus diebus quattuor horas cottidie et mane et vespere lectionibus vacatum atque concessum est. Humanitate exculti viri scholas explicarunt.

D. J. Hijarrubia, a secretis Episcopi Valentini et in multis litteris professor, multa de Cicerone philosopho et scriptore disputavit et tradidit.

Dnus. Dr. Roca Puig, in Seminario Barcino-nensi Prof., praecipuas de Syntaxi Latina et Graeca quaestiones enodavit, pertingens quae de condicionalibus grammatici praestantiores tradidierunt.

P. J. Fantini, S. J., ea qua est in docendo sollertia multa agitavit de Homero ejusque operibus ac doctrinam usu conjungens, magna-m argumentorum copiam de historia, geo-graphia, ceterisque desumptorum protulit.

Dnus. Dr. J. Cirac, Universitatis Barcino-

nensis Professor, suum in docendo discendo- que usum exemplo omnibus praebuit, nonnulla attingens de Platone quae mire et dilucide multoque ingenio et sapientia est interpretatus.

Ornatissimi viri et doctores peritissimi —quos inter exempli causa nominabo Drem. Antonium Badia in Barcinonensi Universitate Professorem, E. García Blanco, Salmanticensis Academiae et Jos. M. Mohedano in Univ. Ma-tritensi Professores et P. P. De Arrilucea, O. S. A.—, altique quos silentio praeterire doleo, eorum nominibus memoria elapsis, multa de multis rebus pervestigarunt. Sermonis patrii prima elementa et exordium, quae vetustissi-mis codicibus continentur et scriptis com-mostrantur, ut in «Mio Cid», hujusque origi-nes et fontes, cet., plurimis et scitu dignis, exemplis illustrata ac dilucidata fuerunt.

Dnus. J. Guillén, multa docuit Latinae linguae magistro perutilia quibus apte et probe suo muneri satisfacere valeat. Dnus. L. Sala Pbter., in Universitate Salmanticensi Professor audientium delicias fecit, quae media aetate homines potissimum Hispani arte extuderant, in memoriam revocans, ut saeculorum decursu paulatim polirent et perficerent.

Singulis diebus collatio habebatur multarum rerum ad linguas et philologiae et apud exterios studiorum et linguae Latinae statum consentanea. Quae omnia benigne et amice ab auditoribus accepta sunt.

Nemo est qui dubitet singulares redundare fructus ex hac agendi consuetudine et homi-num idem sentientium conventu atque con-sensu ut pro viribus latinitatis studium foveant ad suam ipsorum in munere obeundo peritiam et in pueris edocendis conformandisque singu-larem rationem et curam.

Eo enim majores percipiemus fructus et emolumenta quo parati et exculti inveniantur magistri si illud quod potissimum est minime que neglendum, munus complere affectamus, mediaque diligenter adhibeantur et suppedi-tentur, sumptibus omnino necessariis et etiam dispendiis haudquaquam praetermissis

PALAESTRA LATINA, quae laudibus a P. Arre-dondo, S. J., in Seminario Cordubensi Profes-sore, est celebrata, laeta ad tantum opus ope-ram praestit manumque admovit omnibusque et Professoribus et alumnis animos addit et gratulatur.

RAYMUNDUS SARMIENTO, C. M. F.  
Salmanticae, sexto kal. septembres.

# Bibliographia

A. LIEFOOGHE — *Notions Élémentaires de Grammaire Comparée du Grec et du Latin*, 120 pag. Libr. Hatier, Paris.

Mirabilis claritate ac perspicuitate, ut scientificorum Gallorum mos est, Dnus. A. Liefooghe in pauca contulit praecipua quae hactenus de Grammatica, ut ajunt, Comparata scripserunt A. Meillet (*Introduction à l'étude Comp. des langues indo-européennes*), Meillet-Vendryès (*Traité de Grammaire Comparée des langues classiques*), Grammont, Niedermann, Martin, ceteri.

Auctor libellum in tres partes distribuit, quarum prima —admodum brevis— cognitionem seu propinquitatem linguarum explicat Quaedam traduntur de indo-europaeo sermone et de linguis ex eo provenientibus. Brevisime etiam harum geographia describitur.

Pars altera «La linguistique et l'enseignement du Grec» et tertia «La linguistique et l'enseignement du Latin» eodem tractu eodemque ordine dispositae sunt. En capitum Index: 1. Notiones communes. 2. Phonetica 3. Morphologia. 4 Syntaxis In 3.<sup>a</sup> parte caput additur: *Du Latin au Français* Libellus indice completetur alphabetico verborum quae examini subjecta sunt. Nimis artus libertantiae molli rel, sed magistris et alumnis scholarum superiorum non inutilis: illi enim hic praecipua Grammaticae Comparatae principia atque elementa inventiant, alumnis justa ratione tribuenda. Hi quoque parvis haustibus sumere incipiunt oportet quod non semel illis metum incutere videtur, seque penitiore studio linguarum classicarum devovere.

M. RAMOS, C. M. F.

VIGGO BRÖNDAL — *Les parties du discours, — Partes orationis. — Études sur les Catégories Linguistiques*. Traduction française par Pierre Naert. Einar Munksgaard Copenhague, 1948.

Multa quidem ingenii vi rerumque copia atque notitia Latinae orationis partes, earumque origines et rationes pertractantur ab hujus operis cl. auctore. Opus quattuor in capita dispescitur, quorum potiora rerum grammaticalium rationes et scientiam pervestigant.

Orationis partes, quas novem tantummodo cum Platone proposuit Aristoteles, minutim describuntur, multa et curiosa et scitu digna temporum decursu ab auctoribus tradita ad amissim narrantur, quos inter Daniae quoque grammatici magno honore haud immrito recensentur.

In altera voluminis parte ratio et rerum causae potissimum agitantur, neque vero haud dilucide mira quaedam exponuntur de orationis partibus, eo tamen agendi genere ut rerum nomina et notae uberior quam pars sit, ut opinor, aliquantulum incongrue multiplicentur.

Illa vero et doctrinae et scientiae ubertate referta est Bröndal opella ut omnibus commendanda sit, in eaque legenda nonnullos eosque lectissimos sine dubio fructus percipient lectores.

R. S., C. M. F.

ARVAST NORDH. — *Libellus de regionibus urbis Romae*; Lund, C. W. K. Gleerup. Crs. suecas 10.

Jucundus hic libellus continet veteris Romae conspectum —quem etiam viarium, regionum locorumque ac domorum iter vel indicem appellabimus— opera et studio Arvast North editum accurata duorum codicum recensione, quibus Curiosum et Notitia nomen. Praemittitur utriusque codicis descriptio deque eorum auctoritate et cognitione quaestio fit, et rationes, quibus in textu constitudo parandoque nixus est auctor, declarantur Postea libelli dos et origo perpenditur et textus ipse ultimo loco venerandae quidem vetustatis-ad IV saeculum post Ch. n. pertingens- divulgat-

tur. Differentiarum quoque ratio habetur, quae quidem neque auctoritatem codicum tollunt neque minuant utilitatem. His omnibus de causis magno erit omnibus commodo et emolumento ad loca antiquae urbis dignoscenda, quibus Romanorum negotia agitabantur in foro, nundinis, theatris, cet.

R. SARMIENTO, C. M. F.

SANCTI AMBROSI. — *Mediolanensis Episcopi* »De Virginibus Libri tres». — Editit Egnatius Cazzaniga. — G. B. Paravia et C.º, Torino in Italia. Editio apparatu critico ornata. — Pag. XXVII -94.

Cl. vir Otto Faller primus, anno 1933, editionem criticam hujusmodi operis Ambrosiani in lucem edidit Bonnae (*De Virginibus in Florilegio Geyer-Zellinger*). Ejusdem Falleri vestigia religiose terens atque Caroli Schenkel schedules in nonnullos codices adhibens, optimam sane aliam Cl. v. E. Cazzaniga curavit, criticum apparatum novis auctibus accrescens, tribus scilicet codicibus ab ipso collatis Modoetiano, Mantuano et Ambrosiano (Archimboldiano quondam). Quae Fallerus in editione sua de familiis codicium adduxit, gallica-britannica scl. et itala-germanica, ea denuo Cazzaniga trutina pensare et conferre aggressus est, classes in familiis codicum discernens et explicans quid inter se codices diversum, quid commune haberent (V-XXII).

Textus Ambrosianus optime definitur, variantibus ad calcem appositis (1-76). In textu distincte Scripturae Sacrae loci notantur, qui oculos legentis prima specie feriant: eique cum Vulgata Editio-ne et LXX conferuntur et complentur.

Opus, quod indice nominum ditatur (77-78) et syntactico, ut ita dicam, speculo et elenco (79-83), annotationibus de prosa metrica clauditur (83-94), quibus sedula arte et opera libri tertii clausulae examini subjiciuntur.

Librum, Auctore dignum, magistris et alumnis probandum utilemque ducimus.

SAN JERÓNIMO. — *De la guarda de la virginidad* — Introducción, traducción, notas y epílogo por el Rdo. P. Gregorio Martínez Cabello. — Ediciones Pía Sociedad de San Pablo. — Bilbao. — 184 págs.

Hujus libri fundamentum tractatu illo praesertim constitutur, quem Doctor Maximus in SS. Scripturis exponendis «De Custodia Virginitatis» ad discipulam suam S. Eustochium per litteras scripsit, ut eam ad hujus vitae genus amplectendum incenderet.

Aliqua in primis Auctor de vita atque operibus Sti. Hieronymi lectori consideranda objicit, pauca etiam de virtutibus litterarilis Summi Doctoris disserens, barbari scl. Dalmatae, qui vera ciceroniana dicendi atque scribendi elegantia praeditus erat (7-34). Versionem epistulae D. Hieronymi P. Cabello aptissime capitibus quinque et viginti divisit, claritatis gratia, indice superaddito qui libri usum commodiorem reddit (35-126). Opus paraenethico sermone clauditur (127-178), in quo, praeter sanctorum et spiritualium scriptorum argumenta, sententiae afferuntur auctorum, etiam aca-tholicorum, qui de re scripserunt.

Utinam juvenes omnes has paginas vere igneas et ferreas anacoretae Bethlehemiti legerent, quae, veluti tubae clangor, animos ad amorem virginitatis accenderent.

Scrittori Greci commentati. — OMERO. *Iliade*. — Libro XII a cura di Mario Marcolini. — Pag. 91.

*Iliade*. — Libro XXIV a cura di Umberto Boella. — B. Paravia et C., Torino in Italia. — Pag. 92.

Hisce duobus libellis Domus Editrix Paravia collectionem Scriptorum Graecorum et Latinorum, jam nuper incep-tam, auget, res litteris classicis fovendis aptissima et omni laude digna, pro qua Dnis. Carolo Pascal et Aloysio Castiglione magnae sunt semper gratiae habendae.

**SPES — Diccionario Ilustrado Latino-Español Español-Latino.** Prólogo de D. Vicente García de Diego, de la Real Academia Española y del Instituto Cardenal Cisneros. Con un apéndice-resumen de Gramática Latina.

3.<sup>a</sup> edición revisada y ampliada con **LATIN ECLESIASTICO** por el cuerpo de redactores de **PALAEASTRA LATINA**.

Un volumen de 728 págs.: Ptas. 55.

**SPES — Diccionario Abreviado Latino-Español Español-Latino,** con ilustraciones, para los primeros cursos del Bachillerato.

Un volumen de 312 págs.: Ptas. 25.

**ECHAURI — Diccionario Manual Latino-Español Español-Latino.**

6.<sup>a</sup> edición corregida y ampliada.

Un volumen de 830 págs.: Ptas. 50.

**PABON-ECHAURI — Diccionario Griego-Español,** con lista alfabética de formas verbales y apéndice gramatical.

2.<sup>a</sup> edición corregida y ampliada.

Un volumen de 602 págs.: Ptas. 40.

---

**PUBLICACIONES Y EDICIONES SPES, S. A.**

**« EDITORIAL SPES »**

Avenida de Carlos I, 149

**BARCELONA - 13**

---


**Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis**

# **VINOS DE MISA**

## **DE MULLER, S. A.**

### **TARRAGONA**

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la  
Exposición Vaticana de 1888 (S. S León XIII)  
Proveedores de Sus Santidades  
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

### **Garantía de absoluta pureza**

**E X Q U I S I T A   C A L I D A D**

Certificados del Excmo Sr. Arzobispo de  
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

*Cum emitis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis*

Libri textum exprimunt editionis Teubnerianae, quam G. Dindorff apparavit.

Illiados librum XII notis adornavit grammaticalibus et historicis cl. vir Marius Marcolini, aliisque varii generis menti alumnorum satis accommodatis, quippe quae regulae aureae aptantur quam auctor in limine libri optime innuit. «Commentarius, inquit, dux esse debet ad textus intellectionem, formas grammaticales explicans et locos difficiles, omniaque alta praebens quae claram perceptionem textus praestare possint. Aliquid pretii sic me facturum spero prae operum istiusmodi versionibus literalibus, quae, etsi bonae sunt et variis de causis laudandae, alumnos prohibit quin conatus adhibeant necessarios ad directam scriptorum comprehensionem, eosque prorsus avertunt ab utilitate ea maxima, quae ex hac immediata et directa lectione excipi potest» Eodem fere sensu eademque sententia librum XXIV Homeric Carminis edidit Umbertus Boella.

Optimi certe nobis videntur libri, scholis lycealibus et superioribus aptissimi, quos et magistris et alumnis maxime commendamus.

M. RAMOS, C. M. F.

CÉSAR — *Guerre d'Afrique*, texte établi et traduit par A. Bouvet, Société d'édition «Les Belles Lettres», Paris, 1949.

CÆSAR, —recens Societatis Editricis «Les Belles Lettres» opus— impense est elaboratum omnique commendatione dignum. In praefatione cl. vir A. Bouvet de operis scriptore quaestionem proponit. Bellum Africum et Hispaniense ab Hirtio scripta non videntur, cum mors narrationem ab Alexandria obsessa usque ad Caesarem imperfectum confidere prohibuerit; veri similitudinis dicendi que generis causa nec Pollio nec Sallustius habendi sunt auctores; ergo cuidam exercitus Africani praefecto opus est tri-

buendum, cuius et sermo et narrandi ratio virum non mediocriter in humano cultu versatum, Caesari caesarialisque rebus obsequentissimum, quamvis ornate loquendi haud omnino peritum, comonstrant. Dnus. A. Bouvet textum, caute solideque stabilitum, loculento apparatus critico ornatum, in lucem edidit. Vernacula interpretatio menti verbisque auctoris ita conveniens ut ejusdem fere dicendi genus servare videatur, nobis omnibusque probatur et arridet. Versionem patefacit et illustrat historicarum et geographicarum rerum copiosius commentarium; onomasticus et chronologicus index opus coronat. Quae omnia philologorum et historicorum scriptorum laudes jure meritoque merentur.

L. CATIN. — *La classe de latin en quatrième*. — Paris, Lanore, 1949.

Hoc opus commodum et opportunitatem unius tantum libri ad eandem aulam disciplinamque confecti alumnis praebet; quod etiam commodum et magistris erit, cum ejus ope non parvam exercitationem scholarium copiam reperi possint

Altera pars Caesaris, Ciceronis, Ovidii, Curtii excerpta affert. Quorum Caesar primum locum ac maximum pagellarum numerum obtinet. Quo subtilius faciliusque scripta Caesaris ab alumnis intellegantur, nonnulla de summo duce, de Galliae finibus, de Romanorum et Gallorum exercitu E. Catin significat. Unaquaque pars Galliae eo consilio evocatur ut pueri Galli simul ac primis litteris Latinis imbuuntur, Caesarem ejusque milites insequantur his quae ipsis notissima et familiarissima extant loca.

Opus sane laudandum etsi Gallico culdam censori minus id forte probetur quod hujusmodi opus ad hodiernam puerorum institutionem exaratum, fuisus de rebus bellicis agere videatur.

M. MOLINA, C. M. F.

# Compositiones vertendae

CICERON (III) EDITIONES

Era de opinión (34) que ninguno puede alcanzar la palma de orador (35) si no sabe de todo y tiene consigo como auxiliares todas las ciencias y artes (36). Por eso (37) robusteció su entendimiento (38) con las doctrinas de los más grandes filósofos, se enriqueció (39) con conocimientos de derecho y no dejó por descuido estudio alguno. Así dispuesto (40) se presentó en el foro como el prototipo de la grandeza romana ennoblecida por el arte griego (41), y apareció (42) magnífico (43) dechado (44) de aquel perfecto orador, cuyo retrato nos dejó (45).

NOTAS: (34) *Aestimare.* (35) *Esse omni laude cumulatus orator.* (36) *Omnium rerum magnarum atque artium scientiam consequi.* (37) *Itaque o igitur.* (38) *Rationem confirmare.* (39) *Facultatem suam locupletare.* (40) *His artibus instructus.* (41) *Romanam gravitatem cum Graeca elegantia conjungere.* (42) *Exsistere.* (43) *Clarissimus.* (44) *Exemplum.* (45) *Speciem exprimere.*

## RELIGIOSIDAD DE UN JOVEN ROMANO

Como los Galos, después de haber tomado la ciudad de Roma, asediaron la ciudadela y cuidaran (1) que no huyese (2) enemigo alguno, un joven romano asombró (3) a ciudadanos y enemigos. La familia de los Fabios (4) había señalado un sacrificio anual (5) en la colina del Quirinal (6). Para celebrarlo (7), C. Fabio Dorso, llevando en sus manos los objetos sagrados (8), pasó por medio de las guardias de los enemigos; y en nada espantado por la gritería o amenazas llegó a la colina. Luego, terminadas las ceremonias sagradas (9), por el mismo camino (10) por el que había ido, volvió asimismo (11) con rostro (12) y paso (13) sereno (14), confiando (15) que se mostrarían propicios (16) los dioses cuyo culto ni siquiera (17) ante el riesgo de la vida (18) había abandonado (19). Así pues (20), volvió incólume al Capitolio a los suyos, admirándose (21) los Galos de tanta audacia y movidos por aquel ejemplo de religiosidad (22) de la que son muy cuidadosos.

NOTAS: (1) *Praecavere.* (2) *Evadere.* (3) *Admirationem excitare.* (4) *Gens Fabia.* (5) *Sacrificium anniversarium constituere.* (6) *Quirinalis collis.* (7) *Facere.* (8) *Sacra.* (9) *Sacra sollemniter peragere.* (10) *Via.* (11) *Similiter.* (12) *Vultus.* (13) *Ingressus.* (14) *Constans.* (15) *Sperare.* (16) *Propitius esse.* (17) *Ne quidem.* (18) *Pericula vitae prohibitus.* (19) *Deserere.* (20) *Itaque.* (21) *Mirari.* (22) *Religio.* (23) *Minime negligens esse.*

## PREMIUM SUBNOTATIONIS ANNUAE

20 pesetarum In Hispania et America. 22 pesetarum in reliquis civitatibus.  
Premium mittatur oportet ad Administratorem: Lauria, 5, Apartado 1042, Barcelona  
Scripta ad Moderatoram: Conde, 2, Barbastro (Huesca).

Typographia — F. Camps Calmet. — Teleph. 54. — Tarregae in Ilerda Prov.